

M0008037: Pereira: Novae veraeque medicinae, final page

Publication/Creation

July 1941

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/g63fqx32>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

mus hoc namq; linimento facto ex medula ossiū crurium vaccarū aut boū cōmista cum cerusa vel vnguento albo officinarum, rectius assequimur: q̄ illinitione sanguinis columbarum, vt nōnulli faciunt. Cū autē vlcusculum aliquod reliquerint, vlceri vnguento ex mineo medebimur. cicatricesq; ab his relictæ non eisdē medicamentis curādæ sunt, quibus vulnerū solent. nam semper partes cutis quas occuparūt variolæ magis depretæ & exiguis tumoribus cauta, quàm illesæ visuntur. et carnosorū mēbrorū cicatrices implurimū eminentiores partibus proximis sanis conspiciūtur. ita vt priores quæ foramina repleant, poscāt, posteriores quod supereminet auferri, desiderent. vt priorē ergo scopū assequamur (in hunc enim impræsentiariū tendimus) quæ mediocriter calfaciunt, & humectant, simulq; in cutim sanguinem trahunt, admouere debemus. in quē vsum balneæ ex decocto anthemis, chamomilam pharmacopolæ vocant, atq; sceni græci & aliarū plantarū confimiliū iis facultatū prodesse valde valēt. & maxime prodest, reficere corpus alimentis, quæ sanguinē purum & ad cutim deferri aptum, gignant. ouorū ergo lutea recentia & gallinarū, & perdicū, & hædorū caro, & eorundem iuscula, cū

ciceribus, & croco, sceniculo, & apio & petroselino (quæ vim habent, ad cutim deferendi sanguinem) mansa & bibita profunt. vnguenta & olea quæ cutim attenuare, & abstergere valeant, conficienda sunt, ex medicamentis ad hoc conducentibus, & cuti præsertim faciei admouenda. pro quo narcissum, dracūculum, bulbū esculentum, fecem vini, tartarum, quod resina doliorum ab aliquibus nuncupatur, ab hispano vulgo raras dicitur, centaurium, cum adipe gallinaceo, & argento sublimate, cōmiscemus. faciemq; hoc vnguento illinimus, prius tamen quàm abstergamus. vaporationem ex decocto anthemis transatis tribus diebus, capite & facie lineis cooperto, ita vt vapor exire nequeat eidem aproximamus. oleoq; tartari & dracunculi faciem statim à vaporatione facta abstergimus. complura alia olea & vnguenta confici in eundem vsum possem, quæ breuitatis gratia subiceo. etiam quod relata compositionē vtiliorem esse quibusuis aliis disiudico. Finemquē præsentis operi impono, & CHRISTO saluatori quas possum gratias ago, quod illud mihi in lucem edere, permittit.

L A V S D E O

METHYMNÆ DVELLI:

Excudebat Franciscus à Cantō.

ANNO. 1558. MENSE OCTOBRIS.